



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs XCII. Bonum est confiteri Domino, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

PSALMVS XCII.

Bonum est confiteri Domino, &c.

**E**ximia est virtus, grata tibi mente probari,  
Cantando & nomen tollere ad astra, Deus:  
Manè tuas laudes narrare, & fæderas sancta,  
Veridicum verbum psallere nocte tuum.  
Cum nabo, cithara, decachordo dulce canendo,  
Et quemcunq; dabunt musica plectra sonum.  
Me cantare facis, Deus, omnia facta stupenda,  
Hinc celebro dextræ cuncta creatura.  
Magnanimis manuum sunt omnia facta tuarū,  
Sunt sensus cordis, stagna profunda maris.  
Talia non credunt fatui, sensuq; carentes:  
Nec curant eadem stulticia tumidi.  
Impi turbaviret, ceu pratum gramine latum,  
Floret & arbitrio gens scelerata suo.  
Donec in æternum miserè perdantur ad unum,  
Vt nihil ex tanto sit strepitu reliqui.  
At tu, iuste Deus, merito celsissimus esse  
Diceris, & talis tu sine fine manes.  
Hostes namq; tui, Deus, impietate peribunt,  
Et dispergentur, qui mala damnastruunt.

Aa 2

Erigit

*Erigit ille meum cornu, ceu in fronte gerentis  
Vnum, oleoq; nouo tempora bina rigat.  
Pascam oculos, cernens hostilia membrar perire,  
Auris ouat, turpi militis interitu.  
Interea iustus, victrix ceu palma, virebit,  
Crescit, ut in Libano crescere cedrus amat.  
Inserti templo Domini, domuiq; sacrate,  
Atria florebunt per spaciosa Dei.  
Florebunt, licet accedat cariosa senecta,  
Florenti è fructu gaudia multa ferent.  
Mirificam Domini bonitatem lingua loquetur,  
Quòd sit præsidium, vindice iure, meum.*

PSALMVS XCIII.

Dominus regnauit, decorem &c.

**R**EX summus Deus est, parensq; rerum,  
*Cinctus robore, veste clara amictus.*  
Fundauit sibi qui perenne regnum,  
Cuius continet amplitudo terram,  
*Quòd stet firma, locum Deus parauit,*  
Ne seculo moueat illa quouis.  
Augustam posuit sibi cathedram,  
*Quam saluam miseris tenet per ænum.*

Exur.